

Memoria.

È pregato il sig. De' Giovanni Regio
Cancelliere della Comunità di Legnano
di stendere il mandato per il pagamento
della prima rata de' mesi sei del Censo
annuale dovuto dalla sudd. Comunità
all' Illmo Casa Carcano in t. 831. 10. 9.
li quali mesi sei maturano a 31. Marzo
anno Cor. 1763. e valeano t. 416. 5. 4.
E tale mandato si compiacera consegnarlo
al sig. Carlo Benzi.

Al Caogaloni, che scrive in nome dell' Illmo
sig. Don Francesco Carcano Procuratore
Generale dell' Illmo S. Du. Gio: Eto. Pmo, al
Battesimo N. Lorenzo Carcano di lui
Padre come dal Istro che qui unito si
raspegna, si da l'onore di riverirla,
Milano questo dì 10. Marzo 1763.

Et ut infra legitur in obsequio

IN Nomine Domini, anno à Nativitate ejusdem
millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, In-
dictione decimà, die Lunæ decimà septima mensis
Maji.

Illustrissimus D. Don Joannes Petrus Septimus Carcanus,
in Baptismate Don Laurentius filius quond. Illustrissimi
D. Don Joannis Petri Sexti aliàs Don Joseph Carcani
P. R. P. S. Calimerii Mediolani, attentà dimissione
factà per Illustrissimam D. Donnam Theresiam Messe-
rati ejusdem Conjugem generalis mandati, & Admini-
strationis per eam assumptæ, & exercitæ vigore Instru-
menti diei 12. Martii anni præteriti 1746. recepti à
D. Bonifatio Reina de Collegio Mediolani Notario,
cui &c. substantiæ, & bonorum juris ejusdem D. Don Lau-
rentii, ac attentà electione per dictum D. Don Laurentium
facta prò dictà administratione in Personam infra scripti
Nobilis D. Don Francisci ejus filii approbata ab infra-
scripto Illustrissimo D. Marchione Regente Don Carolo
Maria Cavalli Reg. Duc. Senatore Mediolani Delegato
medio ejus Decreto diei quintæ mensis præsentis, de
quibus omnibus apparet ex actis, quibus &c. hic præ-
sens &c.

Voluntarie &c.

Et omnibus modo &c.

Fecit, & facit, creavit, & creat, ac constituit, & consti-
tuit, solemniterque deputavit, & deputat &c.

Ejus certum Missum, Nuntium, & Procuratorem specia-
lem, & ad infra scripta generalem, ac irrevocabilem du-
rante dictà administratione, & quidquid melius &c.

Præfatum Nobilem D. Don Franciscum Carcanum ipsius
Nobilis D. Constituentis Filium habitantem ut supra in
P. R. P. S. Calimerii Mediolani hic præsentem, & onus
præsentis mandati ut supra in se spontè suscipientem &c.

Nominativè ad procuratorio nomine præfati Illustrissimi
D. Constituentis, & prò eo petendum, exigendum, con-
sequendum, recipiendum, & habendum, ac habuisse,
& recepisse constituendum à quibuscumque Persona, &

Per-

Personis, Communi, Collegio, & Universitate, Reg.
Duc. Camera Mediolani, Banco S. Ambrosii, Monte
Novo Creditorum Justitiæ, & S. Francisci, ac illo novif-
sime erecto Congregationis hujus Status, aliisque locis
publicis, ac locis Piiis, eorumque Thesaurariis, Capseriis,
Ministris, Procuratoribus, vel aliis quibuscumque Perso-
nis pro eis, & quolibet eorum solvere volentibus &c.
omnes, & quascumque pecuniarum summas tam hucus-
que debitas, & maturatas, quam in futurum debendas,
& maturandas ex quacumque causâ, & occasione nulla
penitus excepta, & in quacumque summa, & quantita-
te existant, vel existere possint, & de habitis, & recep-
tis, seu habendis, & recipiendis faciendum, & facere
possendum quamcumque opportunam confessionem, quie-
rationem, & liberationem tam per privatam scripturam,
quam per publicum Instrumentum, & tam intervenien-
te, quam non reali numeratione confitendorum toties,
quoties &c. sub iis pactis, modis, & formis dicto D. Pro-
curatori ut supra constituto melius benevisis, & prout &c.,
& sicut &c.

Item ad faciendum quascumque transactiones, pacta, con-
ventiones, compositiones, & accordia cum quacumque
Persona, seu Personis de, & super quibuscumque rebus,
bonis, juribus, & aliis ad præfatum Illustrissimum D. Con-
stituentem spectantibus, & pertinentibus ex quacumque
causa, & occasione, & seu super, & pro quibuscumque
litibus, contrariis, discordiis, & differentiis tam motis,
ortis, & pendentibus, quam in futurum movendis sive
activè, sive passivè iis modis, & formis dicto D. Procu-
ratori magis benevisis, & proinde ad renuntiandum be-
nefitio quarumcumque legum, & obligandum Personam,
& bona præfati Nob. D. Constituentis pro executione
conveniendorum, & paciscendorum, & prout dicto
D. Procuratori melius videbitur, & prout &c., &
sicut &c.

Item ad faciendum quacumque compromissa toties, quo-
ties &c. in Arbitrum, & Arbitratorem, & seu Arbitros,
& Arbitratores dicto Nob. D. Procuratori ut supra consti-
tuto melius benevisos de quibuscumque litibus, quæstio-
nibus, & differentiis, quæ verti, & esse possunt inter
dictum D. Constituentem, & quamcumque aliam Per-
sonam

sonam ex quacumque causa, & ad præfigendum, & pro-
rogandum tempus, & terminum compromissi, seu com-
promissorum, Cancellarium, seu Cancellarios eligendum,
acta quacumque in causâ dictorum compromissorum in-
omnibus faciendum, prout facere possit ipse D. Consti-
tuens, Sententias arbitramentales, lauda, & seu decla-
rationes quascumque ferendas audiendum, acceptandum,
emolugandum, & exequendum, & seu etiam de eis
revisionem, & reductionem ad arbitrium boni viri
petendum, introducendum, & prosequendum, &
in causis ipsarum revisionum ea omnia faciendum,
quæ facere possit dictus D. Constituens, & prout dicto
D. Procuratori ut supra Constituto magis videbitur, &
placuerit &c.

Item ad locandum quacumque bona immobilia, & jura
dicto Nob. D. Constituenti spectantia quibuscumque Per-
sonis, pro tempore, facto, pactis modis, & formis dicto Nob.
D. Procuratori melius benevisis, finesque quarumcumque lo-
cationum tam præsentium, quam futurorum denunciand-
um, & protestandum contra quoscumque, & ex quo-
cumque jure, & causâ tam temporis finiti, quam aliter,
bonaque denuò locandum toties, quoties &c., prout &c.,
& sicut &c.

Item ad inveniendos quoscumque calculos cum quibuscumque
Debitoribus, vel Creditoribus præfati Nob. D. Constituen-
tis pro quibuscumque parcellis Creditorum, vel Debito-
rum, dictosque calculos acceptandum, approbandum, &
subscribendum, & seu de eis revisionem petendum,
prosequendum, & reportandum toties quoties &c.,
prout &c., & sicut &c.

Item ad intrandum, & apprehendendum, apprehensam-
que retinendum possessionem, & tenutam corporalem,
& actualem quorumcumque bonorum immobilium ad
eundem Illustrissimum D. Constituentem spectantium ex
quocumque jure, & tam vigore publicorum Instrumen-
torum, quam rerum judicatarum, seu exequendarum,
& in eadem possessione continuandum, fictabiles reco-
gnoscendum, & seu expellendum si fuerint reitentes
toties, quoties &c.

Item ad comparandum coram Excellentissimo J. C. C. D. Vi-
cario Provisionum per tempora Mediolani, & alibi, ibi-
que

Signatus rog.

que contradicendum adversus quascumque Cridas, quae publicari contingerint ad instantiam quarumcumque Personarum, vel etiam adversus quascumque Cridas Fiscales ad instantiam Regii Fiscii publicandas pro bonis ubivis sitis, & in scriptis dandum, deducendum, & ostendendum quaecumque jura, actiones, & Credita, quae dicto D. Constituenti competunt, & competere possunt, & poterunt adversus bona cridata, seu cridanda, & ad perendum declarari Cridas nullas, & non praedjudicare juribus dicti D. Constituentis, bonaque eidem relaxanda, vel ex eorum pretio illi satisfaciendum, & prout melius &c., & superinde ad jurandum in animam, & super animam dicti D. Constituentis, quod scilicet talem comparitionem, & contradictionem, juriumque productionem, & in scriptis Dationem, & omnia, & singula, quae praefatus D. Procurator ut supra Constitutus faciet, non fecit, nec facit per malitiam, nec in fraudem alicujus, nec juris alicujus, nec animo impediendi aliquam alienationem quovis modo, & in omnibus ad formam Nov. Const. Mediolani, ut ex nunc praefatus D. Constituens juravit, & jurat in omnibus, & per omnia prout juratum fuerit a dicto D. Procuratore ut supra constituto, & jurari contigerit, & prout &c., & sicut &c.

Item ad cedendum, & quascumque cessiones faciendum, & facere possendum cuicumque Personae, seu Personis de omnibus, & quibuscumque Creditis, & juribus praefato Nob. D. Constituenti spectantibus tam pro justo, quam pro minori pretio, pretiaque recipiendum, & confitendum, seu recepisse confitendum, sub pactis, modis, & formis dicto D. Procuratori ut supra constituto magis benevisis, & ad jurandum in animam, & super animam ipsius D. Constituentis, dictum D. Constituentem esse verum Creditorem, cedentem, & Datorem ejus, de quo dictus D. Procurator Constitutus cedit jus, scilicet de ea quantitate, de qua fiet cessio, & quod de suo scilicet dicti D. Constituentis cedit jus, & non in fraudem alicujus, nec juris alicujus, & quod in veritate, nomine, & occasione illius cessionis recepit, & habuit eam quantitatem pecuniarum, quae dabitur pro pretium dictorum cessionum, & in omnibus prout jurari requiri-

tur ex forma, & dispositione Statutorum Mediolani, prout ex nunc pro tunc praefatus Nob. D. Constituens juravit, & jurat &c. in omnibus, & per omnia prout per dictum D. Procuratorem ut supra constitutum juratum fuerit, & jurari contigerit, & prout &c. sicut &c.

Item ad protestandum quascumque caducitates contra quascumque emphiteutas pro quibuscumque bonis, & juribus, & tum ex causa canonis non soluti vel male versionis in bonis, vel aliter &c., & causas ipsarum caducitatum prosequendum, & seu etiam eas remittendum, & veteres renovandum &c. toties quoties &c. consimili, minori, vel majori canone, ac recognoscendum, & laudimia recipiendum, & recepisse confitendum &c., & prout &c., & sicut &c.

Item ad utendum beneficio dispensationis Senatus Excellentissimi diei 19. mensis Aprilis prox. prat. derogatoriae primogenii ordinati ab olim D. Joanne Petro Carcano in ejus Testamento, & Codicillis enunciatis in ipsa dispensatione, & pro ejusdem executione, & implemento pro concurrenti tamen summa libr. tercentum quinquaginta mille in dicta dispensatione expressa, ac convertenda prout in ea, ad faciendos quoscumque census super bonis dicti D. Constituentis imponendos, illosque vendendos cuilibet Personae emere volenti pretio, pactis, modis, & formis cum ea conveniendis, & benevisis, capitalia juris primogenii ordinati a qu. Nob. D. Joanne Petro Carcano exigere, & contractare, & depositarios liberare, bona ejusdem primogenii hic, & illic sparsa alienare, ac contractus jam concordatos super bonis Cairati, & adiacentium, ac Sormani, & Decinisi cum respectivis Emptoribus perficere, & quatenus opus sit eadem bona dictis Emptoribus vendere pretio jam cum ipsis concordato, vel recipere a quocumque subventore, vel subventoribus quancumque pecuniarum summam, proutque, vel subventionem, & subventiones convertere juxta demandata in dicta dispensatione, sub iis pactis, modis, formis, tempore, interesse concordandis, ac conveniendis adhibitis tamen illis regulis, & formis, de quibus in dicta dispensatione, & in specie, quod omnia circa praemissa per praefatum Nob. D. Don Franciscum Procuratorem ut supra constitutum fieri debeant cum

Original no. 2

cum participatione, & approbatione præfati Illustrissimi D. Marchionis Reg. Sen. Delegati, obligandumque proinde pro præmissis omnibus Personam, & bona præfati D. Constituentis, ac dicta bona venientia sub dicto fidei-commisso in omnibus, ad normam dicte dispensationis, & prout, & sicut &c.

Item ab subrogandum bona libera juris dicti D. Constituentis, exceptis tamen illis Trivillii, & ad faciendum multiplicum in omnibus, & per omnia ad normam dicte dispensationis, & cum cautelis à præfato Illustriss. D. March. Regente Senatore Delegato præscribendis, & prout &c.

Item in præmissis, & circa præmissa ad celebrandum quæq; Instrumenta, quæ necessaria fuerint cum quibusq; Persona, & Personis cum clausulis, & solemnitatibus debitis, & in eis promittendum, & obligandum Personam, & bona ipsius Nob. D. Constituentis cum pactis, modis, & formis dicto Nob. D. Procuratori melius benevisis, ac cum opportunis juramentis &c., ut ex nunc pro tunc præfatus D. Constituens juravit, & jurat in omnibus, & per omnia, prout juratum fuerit à præfato D. Procuratore ut supra constituto, ac toties quoties &c.

Item ad omnes, & qualq; lites, & causas tam activas, quam passivas civiles, aut criminales, & mixtas tam motas, quam movendas in quaq; Curia, & coram quocq; Judice tam Ecclesiastico, quam Secolari, & quocq; Tribunali etiam Supremo, ac Persona quaq; auctoritate fungente, & coram eis faciendum quoscumque actus, ac faciend. quamlibet documentorum productionem, Testes ad examinandos producendum tam in prima, quam in secunda, ac ulteriori instantia, appellandum à quaq; Sententia, & Præcepto, & de nullitate dicendum, ac præstandum opportuna juramenta, & fideiussiones, ac faciendum ea omnia, & singula, quæ in causis fieri solent, & dicto D. Procuratori ut supra constituto melius videbuntur, ita ut præfens mandatum censeatur, & sit amplum, & generalissimum extendendum etiam toties quoties &c.

Item ad faciendum in præmissis, & circa præmissa ea omnia, & singula, quæ facere posset ipse Nob. D. Constituens, si præfens esset etiam si talia forent, quæ exigent mandatum magis specificum, & individuum, quæ
hic

hic pro expressa habeatur cum omnibus circumstantiis, & specialitatibus, quæ opportuna, & necessaria esse possint, ita ut nunquam obici valeat defectus mandati, quod præfatus Nob. D. Constituens vult, & intendit, sit amplum, & generale pro omnibus, & quibusq; occurrentiis, negotiis, & litibus præsentibus, & futuris &c., & prout &c., & sicut &c.

Item ad substituendum unum, vel plures Procuratores cum simili, vel magis limitata facultate, substitutumque, & substitutos revocandum toties, quoties &c. firmo tamen semper manente præfenti mandato, quia sic &c.

Cum hac tamen declaratione, quod præfens mandatum, quoad Regia Camera, Bancum S. Ambrosii, Montes S. Francisci, & novissime erectum Congregationis Status, Communitates, & alia loca publica nunquam censeatur revocatum, nisi de revocatione data fuerit specialis notitia eorum Ministris, quoniam &c.

Eo tam declarato, quod præfatus Nob. D. Procurator Constitutus etiam respectu dicti generalis mandati, & administrationis in gravioribus ea peragere debeat cum participatione, & approbatione præfati Illustriss. D. March. Regentis Cavalli Delegati, & coram eo singulo biennio teneatur exhibere rationes dicte Administrationis, ac cum qualitatibus expressis in dicto Decreto præfati Illustriss. D. Marchionis Regentis Senatore Delegati dicte diei 5. mensis præsentis, de quo in actis &c. quoniam sic &c.

Et generaliter &c.

Dans, & concedens &c.

Cum plena, & libera &c.

Promittens &c.

Et volens &c.

Et quod curabit &c.

Et juravit &c. habere ratum &c. attendere, & non contravenire &c. etiam sub reflectione &c.


Quæque omnia, & singula facta fuerunt, & fiunt per præfatos Nobb. DD. Patrem, & Filium Carcano semper in præsentia, cum interventu, & approbatione præfati Illustrissimi D. March. Regentis Don Caroli Mariæ Cavalli Reg. Duc. Senatoris Mediolani Delegati hic præsentis suprascripta omnia, & singula laudantis, & approbantis citrà tamen sui bonorumque suorum obligationem &c.

Et

Et de prædictis &c.

Actum in una ex Salis superioribus audientiæ præfati Illustrissimi D. Marchionis Regentis Senatoris Delegati sit. in P. V. P. S. Mariæ Secretæ Mediolani præsentibus DD. Joanne Baptista Pessina de Collegio Mediolani Notario, & Causidico filio quond. Nob. D. Jacobi P. O. P. S. Georgii ad Putheum Album Mediolani, & Francisco Alodio filio quond. D. Joannis Mariæ P. O. P. S. Theclæ in Metropolitana Mediolani Pronot. &c.

Testes D. Joannes Antonius Hernandez de Collegio Mediol. Notarius, & Cancellarius Senatus Excellentissimi, ac præfati Illustrissimi Domini Marchionis Senatoris filio quond. D. Petri Antonii P. N. P. S. Stephani in Nuxigia Mediol., Joseph Coffera filio quond. Caroli P. V. P. S. Joannis supra Murum Mediolani, & Carolus Lambrugus filius quond. Joseph P. C. P. S. Mariæ Secretæ Mediolani omnes noti, atque Idonei &c.



*Ego J. B. Francis Bernardus Righetti scilicet in dicitur
Thomæ L. V. C. S. Matthei ad moneta. m. l. et pub.
apud singulos auctoribus et de illis hinc hinc etiam
significans instruat rogat confici, edidi, et pro fidei
subscripsi*